

Illam tu sustines praeferre vel caeteris melioris notae,  
non sine graui iudicii tui iactura. En autem exem-  
plum egregium illius, quam tu iactas, sublimitatis!  
Σαόφρων γὰρ ἔστι κάρχη, Τὸ μὲν ἐκπέφευγε κέντρον. Appo-  
nam et perelegans Professoris academicī scholion, pree-  
fato prius honore: Κέντρον· αἰδοῖον, ὡς Σωτάδης Πτολε-  
μαῖος τὴν αἰδελφὴν αὐτῆς γῆμαντι· Εἰς δὲ οσίν τεμαλιὸν  
τὸ κέντρον ὥθεις, Censem' tu, decuisse liberale Ana-  
creontis ingenium huiusmodi conuicium in pudicam  
Nympham Daphnen; neque esse plane θωμολοχὺ τιὸς,  
et impuri seurrae? Erit tibi forsitan μεγάλη χάρις a Fa-  
bri filia: nobis certe incutis ruborem. Vale.

Aduerte, lector, Anacreontis numeros esse iam-  
bicos dimetros catalecticos, grammaticorum tamen  
legibus minus adstrictos, quibus longe vetustiores  
sunt: ii autem, qui ab anapaestis incipiunt, caeteris  
hilariores, et concitatores, videntur.\* Superuaca-  
nea sunt, quae Barnesius differit de metris.

\* Scriptor anonymous MS. περὶ Ἀνάπαισον· ἡ δευτέρα, καὶ τρίτη,  
μέτρων apud Cangium Glossar. Graec. v. κακάλλιον p. 727. To. I.  
Τὰ Ἀνακρέοντεις ἐπιδέχονται μὲν  
οὗνοι Ἀνάπαισον, καὶ δύο Ιάμβος,  
καὶ μίαν περιττὴν συλλαβὴν αἰδιά-  
φορον, οἷον, Ἀπὸ τῆς λίθου τὸ γε-  
δρον. — Τὰ Ἀνακρέοντος [I. Ἀνα-  
κρέοντεις] ἡ πρώτη χώρα ἐπιδέχεται

τὸν "Ιάμβον· ἡ τετάρτη αἰδιάφορον,  
οἷον, Ἀπὸ τῆς φίλης ἐρήμης· καὶ  
πάλιν, Βλέπε πρὸς κόνις τὰ πάντα.  
Exempla versuum ipsa a manu  
grammatici profecta, non ex poë-  
tae carminibus desumpta, esse vi-  
dentur. Conf. scholiares Hephae-  
stionis ad enchir. p. 88. Pau.